



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. Ad distributivam, continuativam, & legalem propriè sumpta secundum
diuersas considerationes vindicativam iustitia Dei spectat.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

Disput. II. Quæst. IV. Certam. II. 219

quæ passuum solum est, diuidenda. Deinde alterutra in commutativam distributionem, & legalem: quare et si voce omnino, & quoad seruandam aequalitatem vtraque earumque species conueniant, tamen debito in altera actiuo, in altera verò passiuo solum discordant, non eadem alterius species cum speciebus alterius sunt, sed solummodo similes, & his quidem præuenimus objectionem ab inconsequentiâ eorum quæ antecedentibus conclusionibus quærit. 1. & 2. & 3. negatiuis iustitiæ specialis legalis distributiæ, & commutatiuæ in Deo, illæ siquidem omnes de eis speciebus iustitiæ, quæ actiuum debitum exigit procedunt: datæ verò proxime de speciebus iustitiæ, quæ debitum solum passiuum requirunt.

3. Oppones contra proprietatem vindictiue iustitiæ S. Thom. 2. 2. quæstion. 80. art. 1. ad 1. dicentem iustitiam vindictiuam esse iustitiæ partem potestatiuam, non autem subiectiuam siue eius speciem illis verbis: *pertinet ad potestatem iustitiæ adiunctam*. Sed respondetur: truncata Doctoris cuiusque verba facile pro quavis sententia affari posse textus integer est: *vindicta quæ fit auctoritate publica potestatis secundum sententiam iudicis pertinet ad iustitiam commutatiuam*. An Deus sententiam in malos vindictæ seruans, & ferens Iudex supremus & suprema reipublicæ rationalis potestas non est? subdit statim: *sed vindicta quam quis facit proprio motu non tamen contra legem, vel quamuis à iudice reuocari possit ad virtutem iustitiæ adiunctam*. Opportunius, apparentiusque postrema hæc textus pars opponitur contra id, quo diximus in priuati occulta compensatione posse, si ex debito sine peragatur iustitiæ iustitiæ exerceri. Sed solutio ex dictis est prompta. Agit quippe sanctus Thomas de iustitiæ specie, quæ debitum actiuum in eo, à quo exercenda est requirit, vt in publicis iudicis potestate, non autem de iustitiâ, quæ de-

bito solum passiuo eius in quem exercenda est & huius stricto iure, et si non obligante ad iustitiæ exercitium satis habet, de quo S. Thom. ibi, ne meminit quidem.

4. Verbis primæ partis textus eundem videtur S. Th. iustitiæ vindictiue exercitium, quare & ipsam ad commutatiuam reuocare: sicut & qu. 108. art. 2. ad 1. illis verbis: *sicut recompensatio debiti legalis pertinet ad iustitiæ commutatiuam: recompensatio autem debiti moralis, quod nascitur ex particulari beneficio pertinet ad virtutem gratiæ; ita etiam puniatio peccatorum, secundum quod pertinet ad publicam iustitiæ est actus iustitiæ commutatiuæ*. Sed his non negat esse distributiuiam absolute, sed quatenus ad delictum vt eius compensatio est comparatur, vt nos etiam docuimus, quatenus verò ad plures proportionem delictorum in cuiusque penis seruata distributiuiam vt diximus iustitiæ à Deo exerceri docet in 4. d. 46. q. 2. art. 2. ad 1. dicens: *vel dicendum (& melius) quod aequalitas ista proportionalitatis est: non aequalitatis, & attendenda est, non secundum comparationem pœnæ ad culpam, sed secundum comparationem duorum peccantium ad duas pœnas: & sic intelligenda sunt omnes auctoritates, quæ videntur aequalitatem culpæ & pœnæ demonstrare; & 2. 2. q. 61. art. 4. ad 1. ad distributiuiam etiam reducit vindictiuam vt Caleranus ibi §. vlt. exponit; sed hæc videntur commutatiuam toties à Sancto Thoma & à nobis hic in punitione, & vindicta assertam excludere. Verum cum melius dicit bonum in prima solutione (quod satis nobis esset) iuxta commutatiuam vindictæ de peccatis supponit. Secundo melius ait ad argumentum quod ibi versabat solutionem, non autem absolute, quod à ratione ex coniunctione trium specierum iustitiæ in maiorum supplicis discedum ex conclusionis probatione, & explicatione, est: atque in simili quæst. 3. certamine ultimo.*

